hoc est qui patienter tolerat aduersa ut in
apocalipsi dicitur esto fidelis usque ad mor
tem & reliqua. quia domino se pro dilectione intellegens
probari ad coronam perting& quam dominus promi
sit dicens fulgebunt iusti sicut sol in reg
no patris eorum; Nemo cum temptatur
dicat & reliqua. hactenus de temptationibus que
a domino permittuntur exterius disputauit.
nunc uero interiores diaboli uel nostrae na
turae exponit; nemo ergo cum aliquod pecca
tum temptatus commiserit dicat quod deo
cogente hoc necesse habuerit perpetrare;
Deus autem intemptator malorum est. id est temp
tamentorum ipse enim neminem temptat
ut decipiat. temptat autem ut prob&. sicut
temptauit deus abraham. id ipsum propheta
precatur. proba me domine & tempta me; Unus
quisque uero temptatur a concupiscentia sua & reliqua. hoc est
tribulatur a concupiscentia carnali. abstrac
tus a bono. inlectus in malum quia non est uo
lentis neque currentis. sed miserentis dei.
ut incentiua uitiorum superemus; Deinde
concupiscentia cum conceperit. parit peccatum;
Tribus modis temptamur suggestione hostis
delectione uel consensu nostrae fragilitatis quod si
non consentimus temptationo bis fit in uictoriam.